Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



20.

vt edant carnes meas. Qui tribulat me
inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non ti
mebit cor meum. Si exurgat aduersum me
prelium: in hoc ego sperabo. Vnam petij a
domino hanc requiram: vt inhabitem in domo
domini omnibus diebus vite mee. Vt videam volun
tatem domini: et visitem templum eius. Quoniam abscon
dit me in tabernaculo suo in die malorum:
protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: et nunc exalta
uit caput meum super inimicos meos. Ac
cauui et immolaui in tabernaculo eius hostiam
vociferationis. cantabo et psalmum dicam domino.
Exaudi domine vocem meam qua clamauj ad te
miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor
meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam do
requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne
declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus
esto ne derelinquas me: neque despicias me
deus salutaris meus. Quoniam pater meus et mater
mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit
me. Legem pone mihi domine in via tua:
et dirige me in semita recta, propter inimicos